Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Igitur hartmannus cunctis flentibus de
sancto blasio cum religiosis uiris
ad Gottewic proficiscitur. ibi ab omnibus
fauorabiliter excipitur. ab vdalrico episcopo ab
bas preficitur. Sub quo omnes monachicum
habitum sumunt. sancti benedicti regule colla
deuoti submittunt. Fit magna leti
cia in populo dicentes. quia hec est muta
cio dextere excelsi. Hartmanni exhor
tacione multi nobiles relicto seculo ad
deum conuertuntur. multa predia et bene
ficia per eum monasterio conferuntur.
Hic honorem loci edificijs libris. pictis
pallijs. et religiosis uiris ampliauit
et tempora sua honestate et probitate per
ornauit. Erat enim summo religionis stu
dio deditus. prudencia tam seculari quam
spirituali excimie preditus. copiosa disertus elo
quencia. morum exuberans elegancia. Vni
uersis principibus tocius regni erat acceptissimus.
et ipsi regi hainrico valde familiarissimus.
Qui et eum in archiepiscopatu iuuauensi
sublimare disposuit. sed zelus vdalrici
pataviensis episcopi eum prohibuit. qui eum sibi
in dignitate preferri doluit. Rex tamen
eum in regali abbatia campedonensi
prefecit et episcopus augustensis eum abbacie
sancti vdalrici pretulit. nec non et dux karin
thie abbaciam sancti lamperti ei commisit. Pre
terea papa vrbanus eum valde familiarem habu
it. eique gebelhardo constanciensi uenerabili
episcopo in apostolica legatione adiutorem con
stituit. cui et hanc epistolam misit vrbanus
episcopus. sed et ipsi hartmanno hanc epistolam
misit. Vrbanus episcopus seruus seruorum dei. Item pa
schasius papa literas ei mittit. in quibus eum
et sibi subditos a communione excommu
nicatorum prohibet. quarum tercius hic est.
Paschasius episcopus seruus seruorum dei. karis fratribus
H. abbati Gotwicensi et eius congregacioni
salutem. et apostolicam benediccionem. Celum et
terra transibunt. uerba autem dei non pre
teribunt. Ipse enim predixit quod cernimus
quod quotidie experimur. Quod habunda
uit iniquitas refrigescet caritas mul
torum. Preterea autem papa dedit ad kotwicum Idus Augusti
priuilegia. que usque hodie seruantur in
ipsa ecclesia. Que eciam imperator H. suo
cyrografo firmauit. qui et ipse quandam
insulam ob hartmanni peticionem
sancte Marie delegauit. Ex huius discipu
latu sunt multi abbates in diuersis locis
constituti. qui omnes vestigia magistri in
uirtutibus eius sunt secuti. Inter quos disci
pulos regis H. filius claruit. qui adepi
scopatum spirensem electus fuit. sed mor
te preuentus apicem regiminis mini
me obtinuit. Erant sub eo et alij uiri
predicandi ingenio et artibus prediti. scrip
tores. pictores. sculptores. fusores. et a
lijs artibus preclari. Hic abbas
quodam tempore passus est grauem capitis
dolorem. Cui altmannus episcopus in som
nis apparuit. quid pateretur inquisiuit.
Qui caput sibi dolere respondit. Episcopus
uero blanda manu caput eius tetigit.
et continuo dolorem depulit. Abbas
autem ut euigilauit. nullum dolorem
sensit. Cum domnus hartmannus
regimen campidonensis monasterij te
nebat. interim nobilis frater erchin
fridus nomine abbatiam in Gotewic ex con
sensu hartmanni. et vdalrici episcopi et elec
cione fratrum regebat. Hic primum laicus
in armis uiuens. deinde seculum relin
quens. litteras studiose didicit. et usque
ad nomen abbatis peruenit. qui et ipse
bona monasterij in multis auxit.

Hartmanno autem obeunte. quidam ex fratribus nanzo nomine